

SVB CRUCE SCHOLAE LATINAE I
Abbatia Sanctae Crucis Vallis Occasorum
Ordo Sancti Benedicti (Congregatio Solesmensis) / Hospedería Santa Cruz



Quibus scholae destinantur? hominibus qui sermonem Latinum passive calleant sed nondum loqui valeant atque eis qui iam provectiores Latinitate viva sint.

Quot euronummis constat? 120 in pecunia numerata stipe pro monachis sustinendis. Vero minoribus triginta annorum 30 euronummi in pecunia numerata.

Ubi possumus habitare? Hospitium participantibus scholas commendatum est Hospedería del Valle de los Caídos. Omnes reservationes directe faciendæ sunt per indicia ad contactum pertinentia quæ in pagina Hospederiae exhibentur. abadiasantacruz.es/hospederia-externa Numerus telephoni: 918 90 55 11 Dicendum est vos venire ut cursum Latinitatis faciatis.

Quid includitur? scholae cum libello locorum electorum typis expresso.

Quando? Prima hebdomada, die tertio ad diem nonum, mensis Augusti anno MMXXVI.

Vbi? Hospedería de la Abadía de la Santa Cruz. Carretera de Guadarrama – El Escorial, s/n. 28200 San Lorenzo de El Escorial. <https://www.google.com/travel/hotels/s/TbHefJ1Y2yXkoaU97>

Qui docebunt?

Consalvus Jerez Sánchez, Ph.D.

Reverendus Pater Robertus López Montero, Ph. D.

Scholarum auditarum **fides** tantum praebet, si cui prosit.

Oratio inauguralis: Lingua Latina humanismi capax (R.P. Robertus)

Schola prima: *Latinitas viva*. Lingua latina vivo modo tradetur atque instrumenta praebebuntur quibus et lingua Latina et auctores Latine tractare possimus. [Consalvus]

Schola secunda: *Latinitas antiqua*. auctores antiquiores tractabuntur. [Consalvus]

Schola tertia: *Latinitas christiana*. auctores christiani tractabuntur. [R.P. Robertus López Montero]

Auctores: Vergilius, Tertullianus, Prudentius, Smaragdus, Robertus Bellarminus, documenta pontificia de lingua Latina, inter alios.

Intercapedines: exercitatio sermonis Latini extra auditorium sub divo vel in colloquiis vel iuxta alios auctores ambulando sedendove.

Horis liturgicis in Monasterio omnibus adesse licebit.

<i>Laudes et tertia</i>	8.15
	9.30-10.45 SCHOLA PRIMA
<i>Sancta Missa</i> in Basilica	11.00
	12.15-14.00 SCHOLA SECUNDA
	17.00-19.00 SCHOLA TERTIA
<i>Vesperae</i>	19.30 [in feriis V 16.20]
<i>Completorium</i>	21.30

Si in numerum adscribi velis aut aliquid sciscitari, ad nos recta scribere licet:

subcrucescholaelatinae@gmail.com

Terminus inscriptionum: XV mensis Iulii